Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Zacharias: prologi

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

xx. Percussi vos vento urente · et aurugine
et grandine omnia opera manuum vestra-
rum et non fuit in vobis qui reverteretur ad me dicit
dominus. Ponite corda vestra a die ista et supra
a die xx et quarta noni mensis · a die qua
fundamenta iacta sunt templi domini
ponite super cor vestrum · Numquid iam se-
men in germine est? Et adhuc vinea
et ficus et malogranatum et lignum olive
non floruit. Ex die ista benedicam · Et
factum est verbum domini secundo ad aggeum in
vicesima et quarta mensis dicens. Lo-
quere ad zorobabel · ducem iuda dicens
Ego movebo celum pariter et terram · et sub-
vertam solium regnorum · et conteram fortitu-
dinem regni gentium · Et subvertam quadri-
gam et ascensorem eius · et descendent
equi et ascensores eorum vir in gladio
fratris sui · In die illo dicit dominus exercituum ·
assumam te zorobabel fili salathiel ·
serve meus dicit dominus · et ponam te quasi signacu-
lum · quia elegi te dicit dominus exercituum · Ex-
plicit Aggeus. Incipit prologus Zacharie

Anno prophete.
secundo darii regis
medorum agge-
um et zacha-
riam prophe-
tasse · lectione
cordem de-
clarant · Sed hac de causa aggeus za-
charie in ordine prophetarum prelatus videtur
quod eum duobus mensibus ut predicte lectio-
nes ostendunt in prophetia precessisse inve-
nitur · Ad restaurationem etiam templi
precepto dei populum animasse esdras refert di-
cens. In secundo anno darii regis prophetave-
runt aggeus et zacharias filius addo
prophete · super iudeos qui erant in ierusalem et iu-
da super israel. Tunc surrexerunt zorobabel
filius salathiel · et iesus filius iosedech
et principes eius · et inchoaverunt edificare
templum dei · quod est in ierusalem. Quibus cum
adessent prophete exhortatione sua adiu-
verunt eos. Nam et populum israel ab i-
mitatione patrum delictorum per suam
commonitionem idem propheta cupiens re-
vocare · sub lectione comprehensis usus est.
Vidi nocte · et ecce vir ascendebat super equum rubeum. Vidi virum in equo
rubeo : sedentem et stantem in medio
myrteti umbrosi · Cuius visionis hec so-
lutio est. Viri ascendentes equum rubeum
licet angelus intelligatur · tamen quod per doli
coloris equum conscendere visus est · vindi-
ctam sanguinis in eam gentem signat perse-
tendam · que populum israel in captivitatem
redegerat. Stantem vero in medio myr-
teti umbrosi · Nam et ysaias propheta
per ruborem vestimentorum eius gentes vin-
dictam cum sanguine a deo proferendam
demonstrans huius verbis usus est. Quis
est iste qui venit de edom · tinctis vesti- Stantem in medio myrteti umbrosi
bus de bosra · Quod dicit letitiam populo affu-
turam per myrteti significationem
volunt designare · cuius lignum moyses
in libro levitico cum faceret mentionem
ait accipietis die prima fructus ligni
speciosi · ut letitiam populi per boni olentis
ligni umbraculum demonstret. Sed hac
visione que libatione populi et iudeam
de adversariis futuram demonstrat · obla-
noctu propheta se vidisse memorat
que populum israel prima libatione de terra e-
gypti noctu discessisse constabat. Cuius
exempli presens populus aliquam premii se
retinere videbatur · libatio eiusdem
ac reditus captivitatis de terra chaldeorum
per nocturnam prophete revelata. Explicit prologus

Zacharias memoria d[omi]ni.
barachia b[e]n[e]dictio d[omi]ni.
addo testimoniu[m] ei. Q[uo]
modo ergo p[ro]ph[et]a ad edi
ficationem templi p[ro]peditus. memo
riam tu[n]c dei h[ab]et. et p[ro]p[ter] memoria[m] b[e]n[e]dicti
onem. et p[ro]p[ter] b[e]n[e]dictione[m] testimoniu[m].
Iddo zacharias filius barachie. filii
addo. mittit[ur] ad co[n]solonem p[ro]ph[et]i. Ite[m]
Zacharias p[ro]logus.
memor d[omi]ni multiplex i[n]
p[ro]ph[et]ia. t[ame]n vestib[us] sordi
dis vestitum. et lampade[m]
oculor[um] vii. candelabru[m] q[uo]q[ue] aureu[m] cu[m]
totidem lucernis quot ocul[i]. duas q[uo]q[ue]
olivas lampadis cernit a sinistri[s]
et a dextris. v[idet] post equos nigros. rufos.
varios. et albos. et dissipatas q[ua]drigas
ex effraim. et equu[m] de ier[usa]l[e]m. pauperem
regem vaticinetur. et p[re]dicet sedente[m]
sup[er] pullum asine filiu[m] subiugalis
Explicit p[ro]log[us]. Incip[it] lib[er] zacha
In mense octavo rie p[ro]ph[et]e.
in anno s[e]c[un]do darii. f[act]um est v[er]bu[m] d[omi]ni
ad zachariam filium barachie filii
um addo p[ro]ph[et]am dicens. Iratus est
d[omi]n[u]s sup[er] p[at]res v[est]ros iracundia mag[na].
Et dices ad eos. Hec dicit d[omi]n[u]s exercitu[um].
Convertimini ad me ait d[omi]n[u]s exercitu[um]. et co[n]
vertar ad vos dicit d[omi]n[u]s exercitu[um]. Ne si
tis sicut p[at]res v[est]ri. ad quos clama
bant p[ro]ph[et]e priores dicentes. Hec
dicit d[omi]n[u]s exercitu[um]. Convertimini de viis
v[est]ris mal[is]. et cogitationib[us] v[est]ris pes
simis. Et n[on] audierunt. neq[ue] atten
derunt ad me. dicit d[omi]n[u]s. Patres v[est]ri ubi
sunt. et p[ro]ph[et]e. Numq[ui]d i[n] sempit[er]num vi
vent. Verumt[ame]n v[er]ba mea et legiti
ma mea q[ue] mandavi servis meis
p[ro]ph[et]is. numquid no[n] co[m]p[re]henderunt patres
v[est]ros. Et conv[er]si sunt. et dixerunt. Sicut co
gitavit d[omi]n[u]s exercituum facere nob[is]. s[e]c[un]d[u]m vi
as n[ost]ras. et s[e]c[un]d[u]m adinventiones n[ost]ras fec[it]
nob[is]. In die vicesima q[ua]rta undecimi
mensis sabath i[n] anno s[e]c[un]do darii. f[act]um
e[st] v[er]bum d[omi]ni ad zachariam filiu[m] bara
chie filii abdo p[ro]ph[et]am dicens. Vidi p[er]
noctem. et ecce vir ascendens sup[er] equm
rufum. et ipse stabat int[er] myrteta q[ue]
erant in p[ro]fundo. et post eum eq[ui] rufi
varii et albi. Et dixi. Quid sunt isti d[omi]ne
mi. Et dixit ad me angl[u]s. qui loque
bat[ur] in me. Ego ostendam t[ibi] quid s[int]
hec. Et r[espo]ndit vir. qui stabat int[er] myr
teta. et dixit. Isti sunt quos misit d[omi]n[u]s
ut perambularent t[er]ram. Et r[espo]nderunt
angelo d[omi]ni qui stabat int[er] myrteta.
et dixerunt. Perambulavimus t[er]ram. et
ecce omnis t[er]ra h[ab]itatur. et quiescit. Et
r[espo]ndit angl[u]s d[omi]ni. et dixit. D[omi]ne exerci
tuu[m]. usquequo tu n[on] misereberis ier[usa]l[e]m. et
urbium iuda quib[us] iratus e[s]. Isto
septuagesimus annus e[st]. Et r[espo]ndit
d[omi]n[u]s angelo qui loq[ue]batur i[n] me. v[er]ba bo
[na] v[er]ba co[n]solatoria. Et dixit ad me angl[u]s
qui loq[ue]batur i[n] me. Clama dicens. H[ec]
dicit d[omi]n[u]s exercituu[m]. Zelatus sum ier[usa]l[e]m
et syon zelo magno. et ira magna
ego irascor sup[er] gentes opulentas.
q[ui]a ego irat[us] sum parum. ipi vero ad
iuverunt i[n] malu[m]. P[ro]pterea hec dic[it] d[omi]n[u]s.
Revertar ad ier[usa]l[e]m in m[isericord]iis. dom[us]
mea edificabi[tur] in ea ait d[omi]n[u]s exercituu[m].
et p[er]pendiculum extendet[ur] sup[er] ier[usa]l[e]m.
Adhuc clama dicens. Hec dicit d[omi]n[u]s
exercituu[m]. Adhuc affluent civitates me
e bonis. et co[n]solabi[tur] d[omi]n[u]s adhuc syon.
et eliget adhuc ier[usa]l[e]m. Et levavi oc[u]l[o]s